



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. An si Clericus censurâ ligatus exerceat actum minorum ordinum, irregularitatem incurrat: & quando sive in quibus casibus talis Clericus irregularis non fiat, etiamsi actum proprium ordinis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ter exerceat, cum illo scilicet apparatu, qui proprius est Diaconis vel Subdiaconis &c. & si sacerdos censurâ tali ligatus baptismum privatum alicui conferat, non fit irregularis, cum non exerceat actum proprium ordinis, qui à laicis conferri non possit, & universim non fit irregularis, si præcisè actum jurisdictionis exerceat, fit tamen irregularis, si sacramentaliter absolvat, si sine solemnibus apparatu Eucharistiam consecret &c. quia hi sunt actus ita proprii sacerdotalis ordinis, ut nunquam à non sacerdote fieri possint.

§. VI.

An si Clericus censurâ ligatus exerceat actum minorum ordinum, irregularitatem incurrat: Et quando sive in quibus casibus talis Clericus irregularis non fiat, etiamsi actum proprium ordinis exerceat?

AD primam quæstionem *z.* Affirmative, uti colligitur ex rubrica h. t. universaliter loquente, *de Clerico excommunicato etiam ministrante* &c. *Ex cap. 2. h. t. dicente si quis Presbyter vel alius Clericus*; si tamen solemniter, & ex proprio officio tanquam ministri deputati à legitima potestate ad hæc talia Ecclesiastica ministeria fuerint, qui cum sint tati, passim laicis hæc talia facientibus, rarus etiam hujus irregularitatis casus est.

Ad secundam quæstionem: responderi potest: primò, ignorantiam probabilem censuræ, posse talem ab irregularitate excusare, cum hæc irregularitas in penam

imponatur, & jura dicant, eam incurrere si damnabiliter se ingesserit divina contra sententiam. *Et judic. in 6. probari etiam potest ex c. Apostolica 9. h. t. Secundo dolendum est censurari aliquos ab incurrenda irregularitate, si censurati actus exerceant proprios ordinum suorum, ad eorum grave scandalum, aut gravem infamam, quæ tali timenda esset, si censuratum manifestaret, aut actum talem committeret. Tertio excusabitur per appellacionem interpositam à sententia lata contra eum, si legitima illa sit, vel si sententia censuræ contra eum lata nulla sit.*

§. VII.

An etiam excommunicatus regulari communicacione minore fiat irregularis celebrando Missam, vel alios actus exerceendo, Et an eligere possit, vel eligi ad beneficia Ecclesiastica?

EX cap. finali h. t. habetur quod irregularis non fit, qui non excommunicacione ligatus celebrando Missam, aut alios proprios actus ordinum exercet, tum quia hæc irregularitas nullibi in jure expressa est, tum quia taliter excommunicatus non debet prohiberi exercere actus ordinis, sed licet suscipere Sacramenta v. g. Secundo de eodem cap. habetur, quod ligatus non excommunicacione, non potest eligi ad beneficia, sed licet non possit eligi ad beneficia, si tamen quidem concessum est illi, qui eligens est actus jurisdictionis, & non potest participatio tantum passiva Sacramentorum quæ